



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis in genere; de Baptismo, de Confirmatione, Eucharistia, Sacrificio Missæ; Constitutionem Innocentii XII. super celebratione Missarum, variaque alia decreta

Genet, François

Parisiis, 1703

Q. 1. Fuit-ne necessarium quod Deus institueret Sacramenta in lege nova, quæ est lex gratiæ, diversa à sacramentis veteris legis?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40834

De Sacramentis. Cap. II. II

patet ex Divo Augustino, cum ait: *Sacra- D. Aug. lib: 19. contra*
menta veteris legis ablata sunt, quia imple- Faustum cap: 13.
ta; & alia instituta sunt virtute maiora, uti-
litate meliora, actu facilia, & numero
pauciora.

C A P U T III.

De necessitate, numero, & institutione
Sacramentorum in lege gratie.

Quaest. I. F U I T-ne necessarium quod Deus
institueret Sacramenta in lege
nova, quæ est lex gratiæ, diversa à Sacra-
mentis veteris legis, quæ est lex Moïsis?

Resp. Non erat absolutè loquendo necesse,
ut Deus institueret Sacramenta; quoniam sa-
lutem nostram operari poterat aliis mediis tum
in lege naturæ & Mosaicæ, tum in lege gra-
tiæ: conveniens tamen maximè fuit, ut insti-
tueret Sacramenta in lege nova quæ differrent
à Sacramentis legis antiquæ: cuius quidem
rationem assignat Divus Thomas his verbis:

*Sicut antiqui patres salvati sunt per fidem D. Th. 3. p. 2
Christi venturi, ita & nos salvamur per q. 61. art. 4
fidem Christi jam nati & passi: sunt autem in cor. 2.*

*Sacramenta quadam signa protestantia fidem
qua homo iustificatur. Oportet autem aliis
signis significari futura, præterita, & præ-
sentia. Ut enim Augustinus dicit lib. 19. con-
tra Faustum cap. 14. eadem res aliter annun-
ciatur facienda, aliter facta; sicut ipsa ver-
ba, passurus & passus, non similiter sonant.
Et ideo oportet quadam alia Sacramenta esse
in nova lege, quibus significantur ea quæ præ-
cesserunt in Christo, præter Sacramenta vete-
ris legis quibus prænunciabantur futura.*

A. vj